

# CANCELLARIA HISPANICA.

*Adiecta sunt Acta publica,*

Hoc est:

*Scripta & Epistola authenticae, è quibus partim infeli-  
cis belli in Germania partim Proscriptionis in  
Electorem Palatinum scopus prae-  
cipuus apparat.*

*Adiecti sunt sub finem FLORES SCOP-  
PIANI, ex Classico belli Sacri.*



FREISTADT.  
ANNO M. D. C. XXII.



# INDEX ACTORVM

ET

SCRIPTVRARVM,

quaꝝ hoc opere continentur.

III. I.



Apitulatio Cæsaris Ferdinandi.

II.

Ulmensis transactio inter Untos & Li-  
gistas.

III.

Baronis Digby, Legati Regis M. Britannia I Propositio  
Cæsari facta, & hujus responsio.

\* 2

Secunda

V I V A

## DEMONSTRATIO

*Caussarum præsentis in Germania belli,  
religionis ergo suscepit.*

## CONSIDERATIO I.



COPVM unicum excitati in Germania infelcis civilis belli, & promulgatæ inimicæ proscriptionis in Fridericum Electorem Palatinum, hunc fuisse: Cum ut Romanensis Pontificia religio ubique locorum introducatur in Imperio, tum ut extirpentur cuncti in universum Evangelici, evidentissima demonstratione evincitur. Hæretici enim illis omnes, quicunque sedem Romanam, & primatum Papæ non agnoscunt, sive illi Lutheri, sive Calvini odiosis nominibus traducuntur ab adversarijs. Scopus ille, etsi multis alijs documentis probari possit, tamen nunc luce meridiana clarius omnium oculis patet ex Actis publicis, & in primis aliquot Epistolis, quæ nunc in manus hominum pervenerunt, & quarum *ἀνύραφα*, qua summis, qua inferioris Ordinis hominibus visa recognitaque fuerunt, & in fideli custodia asservantur. Sic ut fides rei nulla ratione in dubium vocari possit. Testis etiam est unicuique sua conscientia; & Deus, qui *καρδιογνώστης* est, & opera hominum inspicit, non irridetur, nec falli potest. Ad scopum autem illum nullam magis expeditam viam esse judicarunt, tam in aula Romana, quam Cæsarea, quam si Electoratus Palatinus transferatur in Bavaram. Hoc Cæsar is ad Balthassarum Zunigam Epistola luculenter

A

N<sup>o.</sup>. 11.  
osten-

FLORES SCIOPPIANI: Ex Libro Ticini Anno M. DC. XIX. edito, cui Titulus, GASP. SCIOPPI, Consiliarij Regij, CLASSICVM Belli Sacri, sive Suasoria ad Imperatorem de Christiani Cæsaris erga Principes Ecclesiæ rebelles officio, & vetis Hæreticorum compescendorum rationibus, excerpti.

**I**N P RÆFAT I O N E Libelli ejusdem autoris, cui titulus, Consilium Regium Anno itidem M. DC. XIX. editi. *Nimirum nec morem meum constanter obtinerem, nec Fidei quam AVSTRÆ Domus Consiliarius profiteor, satisfacerem, nec denique Regiae tue erga me liberalitati grata voluntate responderem, si nunc hoc rerum articulo dissimularem, quæ à Te sciri ac probe observari, Tua totiusque Austriae domus, cum hoc tempore, tum etiam in posteritatem, vehementer interesse statuo.*

**I**N P RÆFAT I O N E Classici ad Lectorem. *Etsi autem præcipue patriæ meæ (ea est Germania) consulere edendo hoc libro constitui: quod cum maximis quibusdam Principibus, quibus legendum dederam, mirifice probatum fuisse scirem: nihil tamen mentior, si eadem opera bene me de exteru quoque regnis ac provinciis mereri voluisse dicam. Et in fine ejusdem Præfationis: Faxit DEVS, ut aliquando sapiant, quibus ipse populi curam commisit, & nationem istam consiliariorum, qui mollibus sententiis, hæreticorum nata turbis & seditionibus ingenia, alere solent, in maximam malam crucem facessere jubeant.*



DECLARATIO

CÆSAREÆ  
MAIESTATIS

*super translatione Electoratus Palatini in  
Bavarum,*

FABRITIO VERO SPO

Nuncio Papali, ad id extra ordinem

misso, data. 1622. mense

Februario.



*Acra Cæsarea Majestas, Do-  
minus noster Clementissimus,  
Maturè diligenterq; perpen-  
sis atque discussis rationibus  
perquam sanè arduis, quibus  
permota S. S<sup>tas</sup> per Nuntium  
extraordinarium, Dn. Fabri-  
tium Vero spum, Honorem,  
Titulum, atque Dignitatem Electoralem, proscripto*

A

Pala-